

eligendis, etc. et illi qui in ejusmodi concursu probatus, magisque idoneus renunciatus fuerit, Præbenda conferatur, et prætermissum juramentum in Encyclica S. C. Die 10 Januarii 1721, expedita rel. in Constit. Bened. XIV, 14 Decem. 1742, cum illud Bull. ejusd. Pont. tom. 1, pag. 98, ubi § 7, confirmavit ea quæ decreta fuerant a Concil. Trid. Sess. 24, cap. 18, in quo habetur: Sint vero hi Examinatores Magistri, seu Doctores, aut licentiatii in Theologia, aut jure Canonico, vel alii Clerici seu Regulares etiam ex ordine mendicantium, aut etiam Sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei, jurentque omnes ad sancta Dei Evangelia, se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros. Quæ de re Ferrari Bibliothec. Canonic. verb. Concursus art. 3, num. 40, seqq. tom. 2, pag. 476, ait: Hoc juramentum est de forma substantiali, eoque deficiente, Examinatores non dicuntur legitimi, et Concursus factus coram eis ante præstitum juramentum est nullus: S. C. Concil. in una Bisignanen. sub die 2 Decembr. 1628, lib. 13, Decret. fol. 571, ubi censuit concursus factos non præstito juramento ab Examinatoribus Synodalibus, fuisse nullos, sed ex gratia convalidandos, facto verbo cum SS., qui confirmavit, et convalidavit, ut refert Barbos. de Offic. et potest. Parochi loc. cit. num. 78, et in Collectan. decis. Apostol. verb. Concursus, num. 18, et tenent communiter Doctores. Sufficit tamen ad validitatem concursus, quod hoc juramentum sit semel præstitum, sive in Synodo, sive extra Synodum; præscriptum S. C. consulendum SS. pro sanatione concursus mandavit. Ripana 12 Junii 1788.

(8. Significato ad Parochialem Ecclesiam S. Michaelis Archangeli Maceratæ Feltrinæ concursu, unus Sacerdos Petrus Rossini Parochus S. Theodori ejusdem oppidi fecit sui periculum coram tribus Synodalibus Examinatoribus, ac per suffragia sex (tria enim singuli ex instituto suffragia tulere) reprobatus fuit. Ab hoc judicio provocavit ad S. C. Alio deinde de ejusdem S. C. mandato concursu convocato, electus fuit sacerdos Joannes Baptista Dominici oppidi Petracutæ Archipresbyter. Quæsitæ S. C. non constare de irrationabili judicio Episcopi, definiit: Feretrana Concursus die 28. Novem. 1789.

(9. Judicium Episcopi non fuisse irrationale declaratur in præelectione Sacerdotis Antonii Barbanti ad Parochialem Ecclesiam S. Mariæ Montis Lauri per tria suffragia in concursu laudati ad exclusionem Angeli Ridolfi Parochi Montis Siccardi per totidem suffragia approbati, sed primus ampliora habebat requisita. Pisaren. Parochialis die 21. Jul. 1792.

(10. In concursu ad vacantem Parochialem S. Lucie Civitatis Auximi improbatus fuit Sacerdos Antonius Pierucci, cum ex suffragiis 51 habuerit tantum 24 favorabilia. Hinc ab edito judicio Episcopi provocavit ad S. C. quæ cognita causa denegatæ approbationis ex casibus moralibus propositis, et Pierucci responsionibus; non constare de irrationabili

Episcopi judicio, declaravit: Auximana Parochiæ die 6. Maii 1797. dub. 1.

(11. Licet in Consursu ab Examinatoribus probatum Sacerdotem Pelliccioni ad Parochiam consequendam, Episcopum posse eundem rejicere, cum de illius imperitia constiterit, statuit Sacra Congregatio. In Hortana Parochiæ 28. Martii 1801.

(12. In Parochiæ S. Blasii Villæ Casciæ concursu Sacra Congregatio Sacerdotis Aloysii Amori querelam contra judicium Examinatorum rejecit. In Spoletana Concursus 21. Aug. 1802.

(13. In concursu ad Parochiales de mala relatione examinerum cognosci non posse censuit S. Congregatio, nisi integra acta concursus essent allata. In Lucana concursus die 21. Maii 1803.

(14. Episcopi Savonensis judicium non irrationabile censuit S. Congregatio, ex eo quod prælegerit Sacerdotem Johannem Baptistam Tofri ad Archipresbyteralem Ecclesiam Pagi Vado, postposito Præposito Josepho Josi, licet hic majora suffragia in concursu obtinuerit, atque hunc monuit ut conscientiam suam consulere, ob recursum ad laicalem potestatem. In Savonen. Archipresbyteratus die 13. Jul. 1816.

(15. Sacerdotem Paschalem Englen, qui a relatione Examinerum, et a judicio Episcopi in concursu Parochiæ S. Nicolai ex Aliph. in Oppido Roccellæ Hyeracen. Diocesis apud Curiam Metropolitanam Rheginen. post lappsum decennii a die collationis Parochiæ appellationem interposuerat, legitime non appellasse, ideoque nec fuisse locum revisioni actorum concursus, nec esse transportanda acta originalia, rescripsit S. Congregatio. In Hyeracen. seu Rheginen. Concursus die 14. August. 1824. ad 1. et 2. Dub.

(16. Decisionem alias latam, qua negatum fuit legitime appellasse Sacerdotem Paschalem Englen a relatione Examinerum, et a judicio Episcopi in concursu Parochiæ Sancti Nicolai ex Aliph. in oppido Rocellæ Hyeracen. Diocesis, apud Curiam Metropolitanam Rheginen. confirmavit S. Congregatio. In Hyeracen. et Rheginen. Concursus die 19. Nov. 1825. ad 1. et 2. Dubium.

(17. Concursus ad Curiam insignis Collegiæ S. Francisci periculo superato, pauciora suffragia retulit Philippus Mancini, plura Joseph Bernabei quem idcirco E. Prodatarius, non obstante nihil transeat ab Mancini opposito, Curionem renuntiavit, eique institutionis literas Apostolicas expedit. Sed apud Pontificem conclamante Mancini, causaque ad E. PP. ablegata, ipsi arbitrium pro aperitione oris denegarunt, et ad mentem in Tolentina Concursus 30 Aprilis. Eadem quæstione rursus excitata, PP. definiunt, standum esse in decisio, et amplius. In eadem die 16 Julii 1836.

(18. Contra malam Examinerum relationem et nullitatem concursus ad Parochialem Ecclesiam S. Nicolai Oppidi Belvederi in Bisinianensi Diocesi reclamanti Octavio Candia, ultimo tantum loco ex quinque qui aleam examinis subituri accesserant, resti-

terunt E. Patres, edito rescripto negative in omnibus. In Bisinianen. Concursus Parochiæ die 3. Aug. 1839. ad 1. 2. Dub.

(19. Indicto a Magistratu Ferentinatæ, auctorante Consilio Municipali Patrono, per Syndaci libellum Concursu, ut assequeretur Capellaniam Leonini, qui magis idoneus fuerit ab Examinatoribus renunciatus, juxta placitum Fundatoris, duo Clerici adfuerunt, Joannes Martellini, et Romualdus de Rocco, quorum primum, facto experimento, magis idoneum renunciarunt Examinatores: at querelas admovente De Rocco, ac pauperiores, ordinique proximiores Sacerdotali esse præferendos, necnon a Concursu excludendos strictè paupertatis documento carentes, contentente, ac demum ipsius Concursus nullitatem ex capitibus objiciente, S. Congr.

CONFESSIO.

SANCTÆ CONGREGATIONIS RITUM DECRETA.

(1. An licitum sit in Confiteor ad Primam, Completorium, et Missam, et in Orationibus, ubi sanctus Pater Franciscus nominatur, addere nomen, *Patris nostri*, cum hoc expresse legatur in Rubrica peculiari nostri Breviarii. S. R. C. *Affirmative* juxta præfati Breviarii Rubric. num. 158. Hispalen. Resolutionis Dubiorum die 22. Augusti 1818. ad 11. Et Pius PP. VII. approbavit et servari mandavit. Die 25. Augusti 1818.

(2. Interrogata S. R. C. Quando Diaconi et

CONFIRMATIO.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Alienus Episcopus conferens Sacramentum confirmationis, debet ab Episcopo Diocetano provideri de iis omnibus quæ ad iter peragendum, et ad victum necessaria sunt. Fer. Visitat. SS. LL. die 16. Mar. 1782. § 7.

(2. Episcopi debent sedulo invigilare ut hujusmodi Sacrament. tempore visitationis conferant. Ib. § 10.

CONFRATERNITAS.

S. CONGREGATIONIS RITUM DECRETA.

(1. Essendosi trattato nella Congregazione de' Sacri Riti, e ceremonie della differenza, che suol nascere tra alcuna di cotesste Confraternite intorno al porta a sepelire i corpi delli confratri, che per il testamento hanno disposto, che vi siano portati con l'abito della Compagnia, della quale erano vivendo; è parso a questi miei Signori Ill. di risolvere, che in cio si debba osservare quel che universalmentesi osserva quasiper tutto, e particolarmente què in Roma, ove le altre Città devono pigliar esempio, cioè che siano portati dalli Confratri di quella Compagnia medesima, della quale essi erano, e con l'abito della quale lasciano, che si portino vestiti, qualunque sia la Chiesa, che si hanno eletta per sepoltura, il che in nome di questi miei Sig. Ill. vi significo con la presente, acciocchè così lo fate osservare in cotessta Città, e Diocesi per l'avvenire. Vicentina, 8 Decembre 1588.

FERRAR. II.

probe perpensa tum Fundatoris, tum Patronæ Communitatis mente, hujusmodi difficultatibus despectis, sustinendam esse Concursus validitatem, respondit. In Ferentina Capellaniam quoad Concursum die 17 Septembris 1842. ad 2. 3. et 4. dubium.

(20. Rogante autem Communitate prædicta, utrum in memorato simplicium Capellaniarum Concursu sibi fas esset omnes ab Examinatoribus adprobatos consiliariorum voto subijcere eligendos, magis idoneo etiam posthabito, ad exemplum Patroni Laici in provisione Beneficii Curati, secus enim Examinatores potius quam ipsa Communitas Patroni munere fungerentur, S. Congreg. affirmativam tenuit sententiam. In eadem ad 1. dubium.

CONFESSIO.

Subdiaconi in Sacra ordinatione, dicere debent *Confiteor* ante, vel postquam communicati sunt Presbyteri? respondit: *Post Communionem Presbyterorum*. Marsorum Die 12. Novembris 1831.

(3. Avendo chiesto il Prior Generale dell'Ordine di S. Giovanni di Dio al *Confiteor* di aggiungere il nome del S. Fundatore tanto nella Messa che nelle altre Sacre Funzioni; S. R. C. rescripsit: *Pro gratia in Officio tantum*. Ordin. S. Joan. de Deo. Die 16. Martii 1833.

CONFIRMATIO.

(3. Usus Fesulanæ Diocesis, quo in publica Sacramenti Confirmationis administratione Episcopus virum atque mulierem eligebat, qui quæve patrini, matrinæve pro omnibus confirmandis munere fungerentur, non esse probandum dixit Sacra Congregatio, sed tolerandum permisit in casu necessitatis ab Episcopo judicandæ ad formam Pontificalis Romani. In Fesulana Sacramenti Confirmationis. Die 12. Julii 1819.

CONFRATERNITAS.

(2. Cum in S. R. C. in causa vertente inter Promotorem Fiscalem Curie Episcopalis Imolæ, et Venerabilem Confraternitatem S. Mariæ Terræ Tauxignani ejusdem Diocesis per E., et R. D. Card. Guadagni Ponentem propositum fuerit congruum Dubium: An Ordinarius, concedendo licentiam exponendi SS. Eucharistiæ Sacramentum, possit ad libitum conditionem apponere requirendi consensum Parochi?

S. eadem C. auditis partibus, ad relationem ejusdem E. Ponentis, rescribendum censuit: *Negative*. Imolen. die 4 Septembris 1751.

(3. Ad componenda dissidia exorta inter Confraternitatem SS. Trinitatis, et Societatem Augustissimi Corporis Dni Terræ Vespolatæ Diocesis Novarien. occasione Processionum S. Sacramenti, E. et R. D. Cardinalis Sacripantes Ponens infrascripta Dubia, S. R. C. delata, declaranda proposuit, nempe:

1. An non solum in Corporis Dni solemn-

tatibus, sed etiam in quibuscumque Processionibus, in quibus SS. offeratur Eucharistia jus præcedendi sit Societati SS. Corporis Christi?

2. An eidem Societati liceat extra Ecclesiam Processionem ducere, quæ intus eam fit singulis tertiis Dominicis cujuslibet mensis, aliisque Festis principalioribus? S. C. rescribendum censuit: « In quibuscumque Processionibus, in quibus defertur SS. Sacramentum, præcedentiam deberi Confraternitati ejusdem SS. Sacramenti. In reliquis, arbitrio Episcopi. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Novarien. Die 26 Augusti 1752.

4. Cum inter confratres SS. Joannis Baptistæ, et Evangelistæ, ac B. M. V. vulgo della Cintura Terræ Argenteæ Diocesis Ravennæ ex una, et Confraternitatem SS. Sacramenti ex altera parte, exorta fuerit controversia super jure præcedendi in omnibus tam publicis, quam privatis Processionibus, prædictæ Confraternitates recursum habuerunt ad hanc Sac. Rit. Congregationem, expositisque per easdem Confraternitates SS. Joannis Baptistæ, et Evangelistæ, ac B. M. V. vulgo della Cintura prærogativis omnibus eisdem competentibus, nonnullis abhinc sæculis, tum circa anterioritatem erectionis, tum circa usum, et immemorabilem consuetudinem, qua gavisæ sunt Confraternitates incedendi in cunctis tam publicis, quam privatis Processionibus supra Confraternitatem SS. Sacramenti. S. C. rescribendum censuit: « Præcedentiam in omnibus Processionibus deberi Confraternitatibus antiquioribus ad formam Brevis S. M. Gregorii XIII, et servetur solitum. » Et ita decrevit, ac servari mandavit. Ravennaten. Die 21 Julii 1761.

5. An Capitulo insignis Collegiæ Ecclesiæ Matricis S. Andreae Terræ Vallerani competat jus faciendi expositionem SS. Sacramenti cum interessentia Confraternitatis hujus nominis et subministrazione ceræ ab ea faciendæ quolibet die infra Octavam supradicti Festi Corporis Christi S. C. R. « Affirmative quoad expositionem SS. Sacramenti, non tamen privative; et quoad Confraternitatem utatur jure suo coram iudice competenti Civitatis Castellane. » Præminentiarum die 10 Septembris 1782, ad dub. 2.

6. An Confraternitas SS. Sacramenti teneatur interesse Processioni SS. Sacramenti Capituli in tertia Dominica cujuslibet Mensis? Et quatenus affirmative? S. C. respondit: « Utatur jure suo coram Iudice competenti. » Ibid. ad 5.

7. An exercitium bonæ mortis, fieri solitum Dominicis diebus ex Instituto Confraternitatis Agonizantium erectæ in dicta Collegiata Ecclesia S. Andreae, ibidem privative peragi debeat? S. C. respondit: *Negative*. Ibid. ad 6.

8. S. Con. Rituum declaravit: Non licuisse, neque in posterum licere camerario, et confratribus piæ Societatis sub titulo S. Annæ Matris B. M. V. in Parochiali Ecclesia

S. Joannis de Ayno de Urbe coadunatæ quacumque veste indutis, etiam de consensu Parochi, assistere Vesperis, et Missæ solemnibus intra Presbyterium in Festivitate ejusdem S. Annæ, ibique thurificationem, aliosque obsequii actus excipere. Urbis S. Joannis in Ayno die 28 Julii 1789.

9. Orta controversia inter Sodalitatem S. Joseph et altera SS. Sacramenti Civitatis notabilis Insulæ Melitæ, eaque delata ad S. C. respondit: « Præcedentiam deberi Sodalitati S. Joseph, præterquam in Processionibus SS. Sacramenti; Sodalitatem vero SS. Sacramenti teneri, et cogi posse ad alias Processiones, jussu tamen, prudentia et arbitrio Ordinarii. Meliten. die 23 Sept. 1820. »

10. Cum quædam Sodalitas S. Sepulcri nuncupata Civitatis Maceraten. cujus institutum est, cultum et venerationem erga Redemptoris Nostri J. C. cruentissimæ Passionis ac Mortis Mysteria, quibus valet modis, propagare, in publicis Supplicationibus *Vexilla Regis*, nudam scilicet Crucem, illius mortis indicium deferre consuevisset, et ante præfatam Crucem quinque accensa intortitia per totidem Sodales, in Sacrorum quinque vulnerum Symbolum, erigenda statuisset, hancque facultatem sibi elargiri Apostolicæ Sedis auctoritate S. R. C. supplicasset; S. eadem C. respondit: « *Licere juxta petita.* » Maceraten. die 23 Sept. 1820.

11. Cum quædam Sodalitas Oppidi Massæ Lombardorum diocesis Imolensis, cui nomen est Hospitalis, sibi ratione erectionis et temporis in singulis supplicationibus, in quibus SS. Eucharistiæ Sacramentum defertur, sicut et in reliquis, præcedentiam super Sodalitatem sub invocatione SS. Sacramenti erectam deberi contenderet; propositis dubiis: 1. An, et cui jus competat præcedendi in Processionibus SS. Sacramenti, etiam ad effectum manutentionis, in casu, etc.? 2. An, et cui competat jus præcedentiæ in aliis Processionibus, etiam ad effectum manutentionis, in casu, etc.? Facto verbo cum SS. S. C. respondit: Ad 1. « Præcedentiam competere Confraternitati SS. Sacramenti. » Ad 2. « Præcedentiam competere Confraternitati Hospitalis. » Imolen. die 12 Aprilis 1823.

12. Sodalitas sacrorum Stigmatum S. Francisci in Civitate Veliternæ erecta, et ditata a Clemente VIII. singulis privilegiis, quæ Archiconfraternitas sub enunciato titulo in Urbe gaudet, semper, nemine contradicente, Capellano usa est in publicis tam solemnibus, quam funebribus Processionibus, Superpelliceo et Stola induto, tam intra, quam extra propriam Ecclesiam. Sed novissime cum Parochi Civitatis innixi S. Congregationis Generali Decreto 12 Januarii 1703. ad dub. 23, Stolam à dictis Capellanis non a collo pendente deferendam esse, sed potius instar Almutiæ, vel Manipuli brachii superimpositam, geminæ Confraternitatis Sodales rogarunt pro consuetudinis manutentione. Et S. C. immemorabili usu mature perpensa, habitaque ratione, quod Decreto Generali minime obstante, etiam in Urbe, et

alibi consuetudo in contrarium viget; animadvertens tandem, decere, et conveniens esse, ut Confraternitatem Capellanus a simplicibus Clericis distinguatur, approbante SS. respondit: « Servandam esse consuetudinem et nihil innovandum. » Veliternæ. 27 Martii 1824.

13. Cum Prior Confraternitatis SS. Sacramenti Civitatis Neriton. expetierit an Sodalitati ipsi jus competat præcedendi aliis Sodalitatibus in Processione SS. Sacramenti, quod quidem jus quamquam fundatum super Decretis alias a S. C. prolatis, ipsi controvertetur; S. Congregatio rescribendum censuit: « Episcopo, qui ad formam Constitutionis Gregorii XIII et decretorum provideat. » Neritonæ. 27 Augusti 1836.

14. Precibus Parochorum Civitatis, et Diocesis Venusinæ reclamantium jus cantandi Missam in Funeribus suorum Parochianorum, quod quidem jus controvertetur a Capellanis Confraternitatum, in quorum Ecclesiis defunctorum cadavera efferuntur, respondit: « Detur Generale Decretum die 11 Januarii 1704. ad dub. 20 dummodo defunctus sit Parochianus. » Venusina 27 Aug. 1836.

15. Contradicente altero ex Parochis loci Montis novi in Diocesi Senogallien. usum Stolæ deferendæ a Capellano Confraternitatis Vexillorum ejusdem loci, cum Priores ipsius Sodalitatis pro consuetudinis manutentione, atque insuper declaratione utrum prædictus Capellanus in Publicis Processionibus, cadaverum associatione, aliisque similibus functionibus, quibus intervenit Confraternitas, Stolam e collo pendente gestare possit, enixas preces dedisset; S. C. respondit: « Juxta alias decreta pro gratia. » Senogallien. die 27 Augusti 1836.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

1. Confraternitas, quæ partem populi constituunt, vocandæ in partem oneris populo incumbentis sunt, præsertim si accedat sodalium assensus. Null. seu Nonan. Reæd. Eccl. Par. die 16 Maii 1778, § 8.

2. Confraternitas valet ad libitum divertere ab Ecclesia, in qua olim recepta est. Sutr. Trans. die 28 Aug. 1779, § 5.

Idque ad servandam æqualitatem, quum ad nutum valeat Ecclesia illam dimittere. Ibid.

3. Archiepiscopus Malvezzi in actu Sacræ Visitationis deliberavit, justis ex causis animum suum moventibus, omnimodam suppressionem Confraternitatis S. Catharinæ virginis et martyris Castri S. Petri, pro qua confirmanda ac approbanda Breve edidit Clemens XIV. die 8 Maii 1773. etsi adversantibus sodalibus Breve vitio subreptionis et obreptionis non laborare comprobantibus: tamen S. C. constare de validitate suppressionis judicium tulit, ita ut manutentio, seu reintegratio quoad omnia in pristinum statum danda non esset. Bononien. Aperi. Oris et Redint. die 19 Febr. 1780. dub. 2.

4. Societas Suffragii animarum Purgantium terræ Tulpharum erecta in Ecclesia B. M. V.

Misericordiæ resolutionem, initis Comitibus, se transferendi ad Ecclesiam Sancti Antonii Patavini, patronis istius assentientibus, fecit; sed nonnullis sodalibus dissentientibus, et disputato in S. C. dubio an sustineatur translatio, responsum prodiit affirmativum, cum pactis et conditionibus ab Episcopo approbandis. Nam Sodales prædicti justam ac rationabilem causam exhibent, tum ob distantiam a terra Tulpharum, et populo incommoda; nec obstare obtinuisse Beneplacitum Apostolicum super quadam obligatione contracta cum Ecclesia B. M. V. de Misericordia, quia utrumque nullam habuit executionem. Sutr. Trans. 15 Julii 1780. dub. 1. confir. Die 20 Januar. 1781.

Nec non transferendi sunt redditus, et onera a dicta Societate implenda in dicta Ecclesia B. M. Virginis Misericordiæ, salvis dispositionibus testatorum. Ibid. dub. 2. Confirmat. Ibid.

5. Sodales Societatis Suffragii animarum Purgantium erectæ in Ecclesia B. M. V. terræ Tulpharum, quæ se transtulit ad Ecclesiam S. Antonii Patavini, obligationes per ipsos assumptas pro manutentione Ecclesiæ B. M. V. Misericordiæ, sacrarum suppellectilium, aliorumque implere non tenentur; etiamsi de hoc cæperint resolutionem, et Beneplacitum Apostolicum pro approbatione obtinuerint, quia utrumque nullam executionem habuit, et res adhuc in integro statu manent. Sutr. Trans. 15 Julii 1780. d. 3. confirm. Die 20. Januar. 1781.

6. Alio modo subsunt Parocho Sodalitia cum in eadem Parochiali Ecclesia sunt erecta, vel in Oratoriis aut sacellis quæ ipsi Parochiæ adjiciuntur. Ferr. Confr. die 14 Sept. 1782. § 3.

Alio autem modo cum Societates ejusmodi addictæ sunt publicis et liberis Ecclesiis, quamvis intra limites Parochiæ positæ sunt. Ibid.

Confraternitates laicorum legitime erecta in Ecclesiis Parochialibus habent dependentiam a Parocho in explendis functionibus Ecclesiasticis non Parochialibus. Ibid. § 4.

Ac dictæ Confraternitates erectæ in Capellis, vel Oratoriis, tum publicis tum privatis adnexis Parochialibus Ecclesiis, et ab eis dependentibus, habent dictam dependentiam a Parocho, quoad dictas functiones. Ibid.

Confraternitates erectæ in aliis Ecclesiis publicis, non habent, quoad easdem functiones, aliquam dependentiam a Parocho, intra cujus Parochiæ limites sitæ sunt Ecclesiæ. Ibid.

Confraternitates erectæ in Oratoriis tum publicis, tum privatis sejunctis ab Ecclesiis Parochialibus, quoad dictas functiones Ecclesiasticas, non habent dictam dependentiam a Parocho. Ibid.

7. Confraternitas SS. Sacramenti in qualibet Parochiali Ecclesia ad formam Constitutionum Apostolicarum erigi debet. Ferr. Confr. 14 Septem. 1782. § 6.

(8. Confraternitates laicorum ex consuetudine possunt recipere, et administrare oblationes, dummodo laici nihil sibi applicent, sed in pios usus totum convertant. Ferr. Confr. die 14 Septembris 1782. § 7.

Imo pro illarum erogatione requiritur Episcopi auctoritas, de qua coram eodem rationes reddere debent. Ibid. § 8.

(9. Potest Episcopus auctoritate ordinaria mutare, et variare statuta Confraternitatum; eisque novas leges, quando opus fuerit, servandas proponere. Ferr. Confr. die 14 Septem. 1782. § 12.

(10. Episcopus facultatem habet adigendi sodales non solum, ut in eorum numero aliquem recipiant, sed etiam ut ex eorum cœtu aliquem expellant. Ferr. Conf. die 14 Septem. 1782. § 13.

(11. Societas SS. Sacramenti terræ Bondeni pendere debet a Parocho in explendis functionibus Ecclesiasticis, ad formam resolutionis S. C. Rituum anni 1703. ad 1 et 2. dub. Ferrarien. Confrat. Die 14 Sept. 1782. dub. 1.

(12. Societas SS. Sacramenti terræ Bondeni præter servitium personale devincta non est explere onera manutentionis olei lampadis, ceræ et suppellectilium pro functionibus SS. Sacramenti Ecclesiæ Parochialis ex propriis Oratorii redditibus; sed expensas necessarias pro eodem cultu faciendas esse primum ex elemosynis, sive a Parocho sive a Societate in hanc causam colligendis, deinde ex redditibus bonorum intuitu SS. Sacramenti a Societate acquiritorum, et in subsidium tandem ex redditibus Parochi, S. C. censuit. Ferrarien. Confr. Die 14 Sept. 1782. dub. 3.

Hæc indiget S. C. consilio, an eadem Societas propria paramenta, sacrasque vestes et suppellectilia pro Ecclesia Parochiali in iis sacris Functionibus, quæ non pertinent ad Societatem SS. Sacramenti, subministrare teneatur?

Et an pondus habeat eadem manutentionis ceræ et suppellectilium pro missa festiva Parochiali, pro canendis Missis, Vesperis in festis anni diebus, aliisque sacris Functionibus peragendis in Ecclesia Parochiali? S. C. respondit: Serventur decreta Visitationis Cardinalis Magalotti anni 1628. et Cardinalis del Verme annorum 1708. et 1712. Pro festivitatibus vero et functionibus non spectantibus ad cultum SS. Sacramenti provideat Card. Archiepiscopus, prout ipsi opportunum videbitur. Ibid. dub. 4 et 5.

(13. Societatis SS. Sacramenti terræ Bondeni statuta publicata anno 1780. variata ac mutata ab Archiepiscopo an sint exequenda? S. C. respondit: Dilata, et videatur particulariter. Ferrarien. Unionis. Die 14 Sept. 1782. dub. 6.

(14. Societatis SS. Sacramenti terræ Bondeni Sodalium expulsionem ab Archiepiscopo patratam S. C. approbavit, et illorum redintegrationem in pristinum statum remisit arbitrio ejusdem Archiepiscopi.

Ferrarien. Confrat. Die 14 Sept. 1782. dub. 7.

(15. Mos invaluit, ut in ducendis funeribus Parochialium S. Andreae in Villis, et SS. Johannis et Pauli Ronchi Sambaci Diœcesis Fanensis, quæ sunt finitimæ Castro Nubiliaræ Diœcesis Pisaurensis, advocentur etiam Sodalitia dicti castri, quibus renuentibus, S. C. decrevit teneri dictas Societates convenire in Ecclesia Parochiali ad levandum Parochum, non autem expectare ipsum in loco, in quo una ab altera Diœcesi dividitur, addendo ad mentem: Fanen. et Pisauren. Funer. die 21 Junii 1783.

(16. Officialium electio pertinet ad Confratres, confirmatio vero ad Episcopum, imo, et electio ad eundem Episcopum spectat, si confratres in sufficienti numero per triplex scrutinium non convenerint, Forol. die 21 Aug. 1784. § 16.

(17. Eo ipso quo Confratrum Collegium legitime erectum fuit, consequens statim fit ex ipsa Collegii natura congregari libere posse, nec Ordinarii facultate indigere. Assis. die 10 Sept. 1785. § 6.

Locus tantum procedit in iis personarum cœtibus, qui collegium non constituunt. Ibid.

Si ex antiquiore Sodalitiorum consuetudine constet omnibus, Congregationes fieri post processiones, cum ad proprias redeunt Ecclesias, hinc nulla monitio, seu interpellatio requiritur; cum dies sit certa præstituta. Ibid. § 7.

Nonnulli Doctores negant, posse Episcopum vetare, ne sodalitia absque sua licentia congregationes habeant. Ibid. § 19. Admittitur tamen, in illius arbitrio, reponi si velit Congregationibus per se ipsum, sive delegatum suum intervenire. Ibid.

Hinc consequens est jubere Episcopum posse, ut de habendis Congregationibus certior ipse fiat: Ibid.

Hac de causa sententiæ conciliantur, ut scilicet Sodales ad petendam veniam compellendi non sint, compelli tamen posse ad Episcopum certiorandum. Ibid.

Bassius contra Episcopum tenebat, sed id sententiam mutavit. Ibid. § 20.

Et refert, quod id decreverunt Synodus Taurinensis Episcopi Bejumi, Synodus Farfensis Card. Barberini, et Synodus Lucana Card. Spinulæ. Ibid.

Atque reddit rationem, quod nempe Vicarii interventus conservat sodalium libertatem, non lædit. Ibid.

Imo in pecunia collocanda requiritur Ordinarii assensus, qui prænoscat periculoque provideat, ne pecunia personis non tutis gratiose in Congregationibus tradatur. Ibid. § 21.

(18. Libera Sodalibus debet esse administratio. Assis. die 10 Septem. 1785. § 11.

De sumptibus præter certam summam absque Ordinarii venia non conficiendis lex nova non est. Ibid. § 22.

In Synodo Firmana Card. Paraciani restringitur ad summam numerum quinque

libertas sodalium, præter quam Episcopi auctoritas intercedere debet. Ibid.

In Synodo Tusculana Card. Ducis Eboracensis administratori ad summam permittitur expensa Juliorum 20. præter quam summam requiritur Officialium omnium consilium, et Vicarii venia, si excedat scut. 10. Ibid.

Quod reddituum, qui ad jussa dotium disposita sunt parati, præsumptio favet Episcopo, ejusque legi, contrariis deficientibus probationibus. Ibid. § 23.

(19. Reprobandæ non sunt Officialium electiones viva voce confectæ. Assis. die 10 Sept. 1785. § 15.

Ratio est, quia non est res de Episcopo Ecclesiæ dando viduatæ, cujus electio secretis committenda est suffragiis. Ibid.

Neque res est de aliorum prælatorum electionibus. Ibid.

Sed de impropria electione agitur in qua consensus naturalis sive scriptis sive in factis explicitus, satis est. Ibid.

In electionibus confirmandis lex est admittenda, ut duæ ex tribus partibus suffragiorum conveniant. Ibid. § 16.

Si suffragiorum pluralitas in Episcopi et Prælati electione satis est, cur in Officialium improprie electionibus, duas tertias partes esse necessarias, decernatur. Ibid.

(20. Et quoad pertinet ad unionem Societatum, S. Congr. Episc. et Reg. prohibuit Episcopo, ne ad unionem Confraternitatis procederet: Firm. die 26 Nov. 1785. § 13.

Et S. Congr. Rituum rescindit unionem duarum Confraternitatum sine legitima causa factam: Ibid.

Et ratio est, nam honorum unius sodaliti ad alterum unio sine læsione, et mutatione fidelium voluntatis fieri nequit: Ibid. § 14.

(21. Ex duobus piis sodalitiis, altero sub invocatione SS. Sacramenti, altero S. Mariæ Suffragii, quæ sunt in oppido S. Elpidii ad Mare Firmanæ Diœcesis unicum componere perutile Archiepiscopo visum est. Quare unionis bullam exaravit, qua edixit, ut Sodalitium S. Mariæ Suffragii subjective, ut aiunt, perpetuo unitum alteri SS. Sacramenti haberetur, et esset. Hujus Bullæ executioni refragati sunt Sodales Suffragii, deleguntque assertam paupertatem Societatis SS. Sacramenti minime existere. Sed Archiepiscopus ipse taxavit illud Sodalitium scut. centum in favorem Hospitalis Civitatis Firmanæ; item consensum nunquam constat præstitisse. Et ad S. C. accedunt, ut juxta desideria compleat, et revera S. C. illam unionem ratam non habuit: Firmana Die 10 Decem. 1785. dub. 1.

Ac quoad edictum Episcopi die 18 Maii 1786. an sustineatur? Rescripsit provisum in primo et secundo. Ibid. dub. 3.

(22. Deceverat Assisiensis Episcopus, ne in sua Diœcesi ullæ haberentur Congregationes sine Præsidente. Rationem decreti addebat, quod liberum congregatis erat pro ingenio, quod magis lubebat decernere etiam adversus Principem, quod non tamen factum

unquam fuisse, probabat. Sodales dicebant, se Priores et Rectores habere pro totidem Præsidentibus. Itaque examinatum fuit, num Officiales Confraternitatum certiores facere jubentur in Civitate Episcopum, in Diœcesi Vicarios Foraneos de Congregationibus habendis? S. C. voluit, ut pro extraordinariis Congregationibus quippe certiores prædicti fierent; interventum vero Vicariorum et Episcopi vetuit: Assisien. Die 21 Januar. 1786. dub. 1.

Pendente adversus ejusdem Episcopi edictum in S. C. recursu præfata Societas ad Rectoris electionem die 28 Decembris superioris anni pristino more devenit. Episcopus fretus mandato S. C. ut provideret, et juberet, electionem hanc circumscriptis, novoque indicto sodalium comitio die 6 Februarii hujus anni, alius fuit Rector electus. Sodales canonicam fuisse primam electionem contendunt, et circumscriptionem ab Episcopo factam fuisse nullam. Rem S. C. concillavit, dum ad dubium prolatum, an circumscriptio esse deberet locus Congregationi postremo habitæ? haud esse locum pronunciavit. Ibid. dub. 10.

(23. Dubitari nequit de legitimis resolutionibus, ubi major intervenientium pars convenerit: Call. Subst. Dot. die 15 Dec. 1787, § 4.

Etsi aliquis protestatus sit — Che non sarò mai per concorrere — et a ferendo suffragio se abstinuit, quod omnis in reliquis decernendi potestas consolidata est. Ibid. § 6.

(24. Societati aggregatæ Archiconfraternitati Urbis solum communicentur Indulgentiæ ob hujusmodi aggregationes. Reat. die 5 April. 1788, § 5.

(25. Episcopus Reatinus pervetustæ Societatis B. Columbæ titulum addidit Mortis, et mandavit alias Societates associare cadavera non posse sine illa, nisi Confrater adscriptus sit canonicæ in illis Societatibus ante menses sex obitus illius. Reclamarunt statim Sodales SS. Stigmatum dictæ Civitatis, et S. C. declaravit Societati SS. Stigmatum Reatis juxta votum Episcopi non competere jus aggregandi Sodales et Sorores quocumque tempore etiam in articulo mortis, eorumque cadavera proprio sacco induta in funere ad Ecclesiam comitandi: Reatina Die 26 Aprilis 1788, d. 1.

Et civibus particularibus et incolis Reatis competere jus juxta votum Episcopi exclusis Fratibus Mortis, nisi invitatis, jus sese adscribendi quocumque cuilibet sibi benevisæ Societati, nec non vocandi ad eorum libitum quascumque ad funera, et defunctorum comitatum statutum est: Ibid. dub. 2.

(26. Societatem SS. Rosarii erectam in Collegiata Ecclesia S. Petri montis Martiani subesse declaratur non Capitulo, sed soli Archipresbytero, sub cujus regimine ante erectionem Collegiatae fuit ex fundatione: Senogallien. Die 13 Junii 1789, dub. 8.

(27. Pro formali valida erectione Sodalitii præcipue requiruntur litteræ testimoniales Episcopi, quibus Confraternitatis erigenda